



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XLII. Non teneri Monachos ad laborem manuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

quit, pascit aues, & vestit lilia, quæ eum non norunt, inā etiam prouidet Gentilibus, qui eum blasphemant; quando vobis cultoribus suis poterit deesse? & si vobis corpus animum donauit, quæ maiora sunt; quomodo credibile non daturum cibum & uestes quæ sunt minora?

**T**ER TIO, immoderata est sollicitudo ratione tempore, ut cùm quis hodie sollicitus est pro ea re, pro qua satius pestiuè cras inciperet sollicitus esse. & hoc reprehendit minus cùm ait ibidem: *Nolite solliciti esse de crastino. Sic cit diei malitia sua.* Vbi notandum, non reprehendi pudentiam parandi necessaria pro tempore futuro, alio peccasset Ioseph. Gen. 41, qui recondidit frumenta pro finia sterilitate: etiam Dominus ipse habebat loculos, stans ret cibos, Ioann. 13. Itaque vocatur sollicitudo de crastino & mala est illa, quæ non conuenit præsenti tempori secundum rectam rationem.

## CAPVT XLII.

*Nonteneri Monachos ad laborem manuum*

**S**ECUNDVS error tria affert præcipua fundanta. VNM ex Apostolo, qui Ephes. 4. 1. Thess. 4. 2. Thess. 3. præcipit Christianis, *ut ex labore manuum vietum querant, ex quibus locis talcaginem duci potest: vel ista verba B. Pauli continent preceptum necessitatis, vel consilium perfectionis.* Si primus ergo tenentur laborare etiam religiosi; si secundum, ergo tenentur saltem religiosi, illorum enim est viam perfectionis & consiliorum tenere.

**S**ECUNDVM fundamentum est ex AVGVSTINO, quin libro de opere Monachorum dicit religiosos teneri ad Apostoli præceptum implendum, nec excusari per occupationes spirituales. Sic enim ait, cap. 17. *Quid, inquit, qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent, scire desiderant. Orationibus, inquiunt, & Psalmis, & lectioni, & Verbo Dei. Sancta planè vita, & in Christi suavitate laudabilis; sed si ab his auocandi non sumus, nec manducandum est, nec ipsa conscientia quotidie preparanda. Si possint apponi & assumi. Si autem* ad sicut

ad istas vacare seruus Dei certis interuallis temporis ipsius infirmitatis humanae necessitas cogit, cur non & Apostolicis praeceptis obseruandis aliquas partes temporum deputamus? citius enim exauditur una obedientis oratio, quam decem milia contemptoris.

**TERTIVM** fundamentum est ex consuetudine omnium antiquarum religionum; nam Epiphan. hæref. 80. Hieron. epist. 4. ad Rusticum, Augustin. lib. i. de morib. Eccles. cap. 31, Cassian. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 2. de institutis cœnobiorum, docent omnia monasteria bene instituta, secundum Apostolilegum manibus laborare.

His non obstantibus, respondemus cum B. Thoma, in opusculo 19. & in 2. 2. quæst. 187. art. 3. & B. Bonaventura in libro de paupertate Christi, & in Apologia pauperum: Ad vicuum labore manuum querendum non magis teneri Monachos, quam seculares. & probatur **PRIMO**, vel laborare manibus est præceptum, vel consilium. Si primum, omnes obligat, tam seculares, quam religiosos. Præcepta enim dantur omnibus, omnibus enim dicitur: *Si vis ad vitam ingredi, seruamanda.* Si secundum, ergo nemo tenetur laborare manibus, nisi qui sponte ad huius consilij obseruationem se obligauerit; talis enim est natura omnium consiliorum: ergo religiosi qui id consilium non receperunt, non tenentur manibus laborare. Non enim tenentur religiosi ad omnia consilia, sed solum ad illa, quæ sponte suscipiunt.

**SECUNDO**, si tenerentur religiosi laborare manibus, magis quam seculares, aut id esset ex præcepto naturali, aut ex positivo; neutrum autem dici potest: quod enim non expositiuo, patet, quia nullum tale exstat. quod non ex naturali, probatur: Nam præceptum de laborando, ut est naturale, duplíciter obligat, uno modo absolute, alio modo in certo casu. **PRIMO** modo non obligat singulos, sed Rempub. vt patet; debent enim in ea alijs esse opifices, alijs agricolæ, alijs medici, alijs iudices, &c. & ex hac parte non conuenit religiosi laborare manibus, illi enim officium habent in Repub. orandi, & psallendi, & similia faciendi. **SECUNDO** modo tenentur quidem singuli hoc præcepto, sed non minus seculares, quam religiosi: nam omnes casus in quibus obligantur singuli laborare manibus, non minus accidere possunt se-

*Casus* cularibus quām religiosis; verbi gratia, vñus, & p̄cipiūsus est, si quis nihil habeat vnde viuat, nec possit licere, nisi operando. Alius casus est, si quis teneatur prom alteri de cibo, & non posset licetē eum inuenire nisi operando. Terius est, si quis non possit ocium fugere, vel tentationes carnales superare, nisi operando corporaliter. At om̄ tam religiosi, quām seculares tenentur prouidere, ne moriantur fame, & ocium fugere, ac superare tentationes, oīgitur tenentur eodem modo laborare.

TERTIO probatur ex illis ipsis argumentis, quā nos proferuntur. Nam in primis Apostolus, in illis locis scribit Monachis, sed secularibus, vt patet, & p̄cipue opinionem aduersariorum, qui docēt nondum illo tempore cœpisse religiones. Deinde Apostolus in illis locis quam p̄cipit operari absolutē, sed solū ad uitandū furtum, vel scandalum, vel ocium; nam Ephel. 4. ait: *Quod  
rabatur, iam non furetur, magis autē laboret operando manib⁹ suis.* Et 1. Thess. 4. posteaquam dixerat, vt operarentur, subiungit rationē: *Vt honestē ambuletis ad eos, qui fornicantur, nullius aliquid desideretis.* Vbi illud, desideretis, non significat concupiscatis, sed careatis. Sic enim est in Graecia unde vōs ḡeīav ἔχετε, id est, & nullius indigentiam habēatis. Scandalizabantur enim infideles, cūm videbant Christianos ex alienis bonis velle viuere. Et 2. Thess. 3. postquam dixerat: *Qui non laborat, non manducet.* Subdit: *Audimmo enim quosdam inter vos inquietos esse, nihil operantes, sed vivos agentes.* Qui ergo possunt furtum uitare, & scandalum, & ocium, alio modo quām corporaliter operando, eo Paulus non obligat corporaliter operari.

Iam verò B. Augustinus in illo lib. de opere Monachorum solū obligat ad operandum manibus illos, qui antequam religiosi fierent, ex labore manuum viuebant, & nunc idem facere possunt, sine impedimento maioris boni, & tamē ocio, & pigritia nolunt; Nam cap. 21. excipit religiosos. Ecclesiastica ministeria exercēt, quales sunt hoc tempore omnes mendicantes. Sic enim ait: *Si Euangeliste, inquit, sunt ministri altaris, si dispensatores Sacramentorum, bene si istam non arrogant, sed plane Vendicant potestatem, nimis  
viuendi ex facultatibus populi.*

Dicitur

DICES; potestas petendi sumptus à populo, non est data nisi ordinariis pastoribus: alioqui possent religiosi accipere decimas, quod est falsum, & contra canones multos, ut ex Clementina prima de decimis perspicuum est.

RESPONDEO; quidquid de hoc sit, quod postea videbimus, satis nobis est, quod Aug. hoc dicat. de cuius sententia disputamus, & præterea siue religiosi prædicantes, & Sacramenta ministrantes, possint ex iustitia sumptus petere, siue non possint, satis est quod licetè possint petere saltem ex caritate, & accipere corporalia; sicut ipsi ex caritate ministrant spiritualia, & populus accipit. ADD E etiam, quod religiosi huiusmodi rectè dici possunt operari manibus suis. Operari enim manibus est operari corporaliter, siue id fiat manibus, siue pedibus, siue lingua, siue alio modo: appellatur autem opus corporale, opus manuum, quia manus est instrumentum præcipuum, quo operamur. Vnde etiam aurigæ, & nautæ, & cursores, & vigilis dicuntur operari manibus, quia corporaliter exercentur, licet non minus pedibus quam manibus in suo opere utrantur. Qui ergo canunt in choro publicè, concionantur, docent, confessiones audiunt, planè manibus laborare dici possunt.

*honesti manu  
operari*

Itaque soli contemplatiui, qui sibiipsis vacant, manibus non laborant. Inter illos autem excipit Augustinus ab obligatione laborandi illos omnes, qui in seculo diuites fuerunt, & bona sua pauperibus dederunt. Illis enim debet Ecclesia victum, & vestitum, quandoquidem omnia sua ipsi Ecclesiæ in eius pauperibus dederunt. Sic enim ait de ipsis loquens, cap. 25. *Sic ipsi, inquit, aliquid mansibus operentur, Et pigris ex vita humiliore, & ab hac exercitatione venientibus auferant excusationem, multò misericordius agunt, quam cum omnia sua indigentibus diuiserunt. quod quidem si nolunt, quis audeat cogere?* & cap. 21. tales multos fuisse dicit in Hierusalem, qui quoniam omnia sua pauperibus dederant, quando tempore famis egebant, non sunt coacti operari manibus, sed eorum inopia eleemosynis Græcorum sustentata est, Act. II. Soli ergo remanent illi religiosi, qui in seculo viuebant ex opificio, & in religione sibi solis vacant, non populo. Hos August. obligat ad laborandum.

Sed nec istos obligat absolute, sed solum quando, si operentur,

rentur, non impediētur à maiori bono, & si non operari, perniciōe ociosi erunt; nam si aliquis talis posse pergit orare, aut legere, & velit id facere, & inueniat qui cum unū opere versantem gratis alat, cur non poterit id facere? ut hoc modo vixit per triennium B. Benedictus, vt Gregorius lib. 2. dialog. ca. 1. & tota vita sua B. Alexius, vt in eius scripta scribit Simeon Metaphrastes.

Vnde Augustinus, ca. 17. eiusdem libri, vt dicit Monachos nō debere excusari ab opere manuum per orationem, psalmodiam, lectionem, & verbum Dei; clarissimē indicat factum, qui non de oratione assidua, nec de cōtinua, & publica psalmodia, lectione, vel concione, quæ totum hominem occupant, sed de oratione, psalmodia, lectione, & exhortatione priuata, & rara, quæ multum ocij relinquant. Et cap. 21. dicit se reprehendere illos Monachos, qui ex conditione servit ad monasterium veniunt, vt vitam inopem, & laboriosam fugiant, & vacui pascantur ac vestiantur, & insuper honorantur ab iis, à quibus contemni conterique consueuerant. quibus etiam dicit, cap. 25. Nullo modo decet, vt in ea vita ibi siant senatores laboriosi, ibi siant opifices ociosi, & quo sicut relictis deliciis suis, qui fuerant prædiorum Domini, sint rusticæ delicati. Et cap. 28. dicit: Ostendite, inquit, huius non vos in ocio facilem victimam, sed per angustum & etiam portam regnum Dei querere.

Ad argumentum TERTIVM de consuetudine antiquorum monasteriorum dico, Monachos illos fuisse obligatos operari manibus ex propriis regulis suis. Cur autem eiusmodi regulam constituerint, causa est duplex. VNA, quia non poterant aliter sustentari; nam hæc habebant prædia, & possessiones sibi relictas, vt nunc habent multi Monachi; & elemosynas à populo petere, nec audebant, cum populo non seruirent, nec vlo modo id sufficeret; nam uno in loco, sub uno Abbatे degebant terna, vt minimum hominum militie.

vt Augustinus refert lib. 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. ALTERA ratio est, quia illi Monachi cum nō essent clerici, sed Laici omnes, excepto Abbatे, non erant satis occupati, & ideo ad fugiendum ocium necessarium erat illis laborare. HIERONYMVS in epist. 4. ad Rusticum: Aegypti monasteria hunc morem tenent, vt nullum absq; operis labore

fuscipliant, non tam propter victus necessitatem, quam propter anima salutem, ne cogitationibus pernicioſis mens, &c. Nec tamen absolute est verum, omnes antiquos religiosos manibus laborasse. Sic enim scribit de monasterio S. Martini Sulpitius in vita S. Martini, cap. 7. *Nemo ibi quidquam proprium habebat: omnia in medio conferebantur, non emere, aut vendere, ut plerisque Monachis moris est, quidquā licebat. ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur. Cui tamen operi minor atas deputabatur: maiores orationi vacabant. Hæc ille. Vbi vides solos iuniores laborasse manibus, eosq; non ad vi- dium quaerendū (nam nihil eis vendere licebat, sed viuebant ex bonis, quæ attulerant) sed ad ocium fugiendum. Sed nec primi Monachi sub Apostolis in Hierusalem, aut in Ægypto operabantur manibus, ut patet Acto. 3. & 4. & ex lib. Philonis de vita contemplativa.*

## CAPUT XLIII.

*Licitum esse Monachis viuere ex bonis patri-  
monialibus in communi.*

**D**E SECUNDО modo viuendi nulla potest esse dubitatio; nam in primis talis fuit vita primorum religiosorum sub Apostolis, cap. 4. Act. vniusquisque enim adferrebat precia suarum rerum Apostolis, & inde diuidebatur cuique, sicut cuique opus erat. Deinde talis etiam fuit usus antiquorum monasteriorum, ut reciparent, si quid in commune dare volebant, qui Monachi fiebant, ut patet ex Augustino, in epist. 109. ad Sanctimoniales, vbi sic ait: *Quæ aliquid habebat in seculo, quādo ingressa sunt monasterium, libenter velint illud esse commune.* Item serm. 2. de communi vita Clericorum: *Vivunt, inquit, nobiscum in societate communi, & nemo eos distinguit ab eis, qui aliquid attulerunt.* Et libro de opere Monachorum, cap. 25. ideo dicit, diuites non teneri ad opus manuum, quia monasterio sua bona contulerunt.

B. BENEDICTVS, ut in vita S. Placidi legitur: *Bona qua fuerant Monachorum suorum, non sinebar alio deriuari, quam ad sua monasteria, si inde multos Dei seruos alere posset. S.*

BERNARDVS